



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Pntivs M. 14. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

cùm ei nepos vehementius succenseret, ab imagine DEIPARÆ totidem alios tulit. Receptit itaque suum nepos, plus utriusque accepturus, si fœnori mortuam dedisset. *Ex Dial. S. Greg.*

Magnus res homo, & pretiosa vir misericors. Hæc major gratia, quàm mortuos resuscitare: multo namque majus est, esurientem pascere Christum, quàm in nomine IESU mortuos suscitare; nam illic tu de Christo bene mereris; hæc autem ipse de te. S. Chryf. hom. 36. ad Pop.

S. PONTIVS M. 14. Maij.

PONTIVM vides, cuius operâ factum est, ne millesimus Romanæ urbis annus dæmonibus consecraretur; quod futurum iidem, PONTIO adhuc matris ventre abdito, permisso Numinis, agnoverunt. Iulia, id mulieri nomen fuit, Marcæ senatoris Rom. uxor, eo gravida, delubrum subiebat, cum repente Flamen furis incitatus, conceptâ mitrâ, hostem Deorum adesse exclamavit, uterum detestans in perniciem Iovis fœcundum. Iulia vaticinatione percussa, fœtum nequidquam depellere abortu institit, nato etiam vum allatura, nisi pater vetuisset; utiq; enim Diis ad unum puerum perdendum satis fore virium. Contigit deinde, PONTIVM, audito Christianorum carmine, quo Deorum vanitas iridebatur, Religionis amore capi; haustam etiam patri instillavit, purgataque à Deorum larvis domo, primum id formidatæ à dæmonibus indolis specimen dedit. Patris mortui dignitate aditâ, Philippis Imp. familiari usu conjunctus est, qui cum in millesimum urbis annum sacrificium Diis pararent, ab ea mente PONTIVORATIONE deducti, Christo nomina dederunt, eusq; Numiæ Romanum Imp. dedicarunt, Valeria-

no & Galieno imperantibus, accusatus impietatis PONTIVS, & equuleo impositus, machinam precibus rupit. Vrsos in se incitatos cicuravit, rogam extinxit, gladio denique cervices subjecit, usitatis Sanctorum modestiâ, quorum plerique capite imminuti sunt, superbis puto instituendis hac potissimum parte indomitis. *Ex Suvio.*

*Cum homines quotidie immaturo preventir apian-
tur interitu, quid restat, nisi ut hoc brevi puncto,
quo vivimus, lapsura quæque velut jam lapsa despi-
cere, & ad ea, qua permanent, pleno fervida mentis
studeamus desiderio festinare? S. Petr. Dam. op. 13.
cap. 13.*

SS. VICTOR & CORONA MM.

14. Maij.

A Vspiciatissima nomina suosque triumphos lo-
quentia, VICTOREM & CORONAM da-
mus. Qui tamen fortitò hæc accipis, laboriosa fe-
licitatis omen accipere te memento; nam cum Vi-
ctore quis Hercules se componat? Age numero-
sus Magni Herois labores. I. Digitos articulatum
elidendos sine gemitu præbuit. II. In Fornace ac-
censâ triduum desedit. III. Carnes veneno adipa-
tas concoxit. IV. Nervos distendi, solvi que com-
pagem corporis ridens tulit. V. Oleum ferventi-
um eodem quo gelidam vultu hausit. VI. Suspen-
sus facibus ardentibus ustulatus est. VIII. Ven-
num aceto temperatû pro melle bibit. VIII. Con-
figendam utriusque; oculi pupillam obtulit. IX. Pe-
dibus tractatus prono capite triduum pependit.
X. Cum degluberetur, tyranno tamen insultavit.
Hæc invictâ patientiâ perpeffo quid mirum est
biffenos Angelos celo coronam attulisse, & mi-
norem insuper alteram pro CORONA militari fe-
mina